Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



minus: et vixit in ea decem et septem
d. annis. factique sunt omnes dies vite
illius centum quadraginta septem an-
norum. Cumque appropinquare cerneret
diem mortis suus. vocavit filium
suum ioseph: et dixit ad eum. Si inve-
ni gratiam in conspectu tuo. pone ma-
num tuam sub femore meo. et feci
es mihi misericordiam et veritatem
ut non sepelias me in egypto. sed
dormiam cum patribus meis. et au-
feres me de terra hac. condesque me
in sepulchro maiorum. Cui respon-
dit ioseph. Ego faciam quod iussisti. et il-
le: iura ergo inquit mihi. Quo
iurante: adoravit israhel deum
conversus ad lectuli caput. xlviii
a. Vbi itaque transactum iuramentum
est ioseph: quod egrotaret pa-
ternus. cum assumptis duobus
filiis manasse et effraim: nec quic-
quam timuit. Dictumque est senio. Ecce filius
tuus ioseph venit ad te. Cum con-
fortatus sedit in lectulo. et ingres-
so ad se ioseph ait. Deus omnipo-
tens apparuit mihi in luza quae est in
terra chanaan: benedixitque mihi
b. et ait. Ego te augebo et multiplica-
bo: et faciam te in turbas populorum
Dabo que tibi terram hanc. et semi-
ni tuo post te. in possessionem sempiternam
Duo ergo filii tui qui nati sunt
tibi in terra egypti. antequam huc pe-
niam ad te mei erunt effraim et
manasses: sicut symeon et ruben
reputabuntur mihi. Reliquos autem
quos genueris post eos tui erunt
et nomine fratrum suorum vocabuntur
in possessionibus suis. Dum venirem
c. de mesopotamia
mortua est rachel in terra chana-
an in ipso itinere cum adhuc
tria milia passuum terre
esset. et sepelivi eam iuxta viam effra-
te que alio nomine vocabatur bethleem
Videns autem filios eius dixit ad
eum. Cui sunt isti. Respondit. filii mei
sunt quos donavit mihi deus in
hoc loco. Adduc inquit eos ad me
ut benedicam illis. Oculi enim israhel
caligabant prae senectute: et
clare videre non poterat. Applica-
d. tosque ad se osculatus et circumple-
xus. dixit ad filium suum. Non suspica-
batur aspectum tuum: insuper ostendit
mihi deus semen tuum. Cumque tulis-
set eos ioseph de gremio patris. ado-
ravit pronus in terra: et posuit
effraim ad dexteram suam id est ad si-
nistram israhel: manasseen vero
in sinistra sua ad dexteram scilicet
patris: applicuitque ambos ad eum.
Cui extendens manum dexteram
e. posuit super caput effraim minoris fra-
tris: sinistram autem super caput ma-
nasse. qui maior natu erat: com-
mutans manus. Benedixitque ia-
cob filiis ioseph. et ait. Deus in
cuius conspectu ambulaverunt patres
mei abraham et ysaac: deus qui pas-
cit me ab adolescentia mea usque in
presentem diem: angelus qui eruit me
de cunctis malis. benedicat pueris
istis: et vocetur super eos nomen meum
nomen quoque patrum meorum abraham et
ysaac: et crescant in multitudinem super
f. terram. Videns autem ioseph quod
posuisset pater suus dexteram ma-
num super caput effraim: graviter
accepit. et apprehensa manu patris
levare conatus est de capite effraim
et transferre super caput manasse Di-
xitque ad patrem. Non ita convenit
pater: quia hic est primogenitus. pone
manum dexteram super caput eius cui
renuens ait. Scio fili mi scio. et
iste quippe erit in populos. et mul-
tiplicabitur: sed frater eius minor
g. maior erit illo et semen illius cres-
cet in gentes. Benedixitque eis in illa
die dicens. In te benedicet israhel
atque dicet. faciat tibi deus sic